

Hæc est dies illa qvam
fecit Dominus: exultemus &
lætetur in ea. Decantatum
...

Sjöwall, Nicolaus,

1 Ic 1692 Svederus, Matthias



National Library
of Sweden

הללית

Hæc est Dies illa quam fecit Dominus:

Exultemus & lætemur in ea.

Decantatum

Dum

VIR

Amplissimus atq; Consultissimus

**Dⁿ. MATTHIAS
SWEDERUS.**

In Regio Athenæo Aboico

Utriusque Juris Professor ord; celeberrimus

Consistoriiq; Assessor gravissimus,

Ex unanimi Senatus Academici Suffragio

Fasces & insignia RECTORIS MAGNIFICI

Maximo tripudio & maximâ cum pompâ

capesseret

Anna Χριστογούρας M DC XCII 21. Julii.

Ab ejus obedientissimis discipulis

& Servis ad quevs paratissimis



Honora, ora & labora



2 **N**atura inter Palatia jam ex patriari & amoenissimum ejus viridarium admiranti, læto tamen & hillari quasi oculo introspicere & manum vultumq; modo ad hunc Orientem modo ad illum Occidentem non sine tacitâ quâdam gaudii titillatione inque hujus amoenissimi veris & dulcissimæ Aestatis miracula innumeris depictâ coloribus & maximis dotata qualitatibus intendere haud hujus diei læticia permittit, jam Annus Adest fructiferus, jam Dies eluxit vobis desideratissima, jam hora præsens est & quidem gratissima, scilicet illa Quam fecit *ejaj! ejaj! ejaj!* jam sentimus, jam audimus, jam videmus non tamen sine maximo animi gaudio, Chorum Heliconis, Agmina Musarum, Athletas Parnassi dulces ducere choreas, imo manibus & pedibus Triumphari atque lætari. Ideoque nec Ego hoc intra viscera mea exultantium Hallelujah continere queo, quin potius simplici licet erenâ, mente tamen piâ adero, & propter honores hosce maximos quos adit Novus noster Rector Magnificus, & propter

pter amorem illum sincerum, quo hâc Die hâc horâ & à nobis ad cineres usque prosequendus est charus & unus ille Palladis Amicus cujus maximam Doctrinam & solidissimam virtutum catenam multis verborum ambagibus deprædicare supersedeo altoque silentii peplo involvo. Quis enim unquam vidittuam O Magnifice RECTOR! tuam inquam pietatem sine patientia? Charitatem sine fide? summâ tuam O charissima Minærvæ proles! eruditionem sine fideli informatione? maximamq; O decus pulcherrimum! vitæ gravitatem sine vultus atq; oris suavitate? Salve proiudè Novum septentrionale Sidus! Salve Corona Fennonum! Iterum Salve Societatis Academicæ Pater! juxta illud Græcorum: *Sis κατὰ τὸ καλὸν*. vivat Tua Magnificentia Deo, Regi gregique semper piè, justè nec non benignè, atque sic fuit est atque erit Magnificus Dn. RECTOR alter Apollo.

Tue Magnificentia officiosissimus
NICOLAUS C. SCHWAPP.
 Jun. S.



Unc tandem diu exoptata eluxit aurora, quâ me publica latitia interpretem, quasi omnium lingua expetita, coram sistere ausim; saliant mihi præcordia, de tanti viri tanto honore, Exce? quam justè favens sit cælum, claves & septra Academica dum spontè suâ offerat Magno Nostro Iuris Consulto longè lateque Celeberrimo, ad justitia thronum educatò edocto. Hic inquam est gubernator, qui novit suam navim instruere, regere, dirigere velaque in ventorum turbinibus apte disponere, & tandem in portum, quem diu exoptaverat, deducere. Quid queso, in exercitu, jam mox cum hoste congressuro magis requiritur, quam Dux belli peritus, qui ordines & cornua instruit

instruit edocetque nunc laxa nunc condensata prout ho-
stium impetus fuerit, stare, discurrere. Hic totus chorus
& exercitus Minervæ Duce[m] habent peritissimum exercitum
tissimumque, licet vel innumeri ocores in eum insultum
facere conarentur. Lunam à sole illuminari norunt periti,
hic etiam Noster Rector Magnus suo sidere suos il-
luminat & lucere facit. Sedeat nunc nostra Themis sa-
cra throno super suo invicta, ut jus & justitia vigeant,
valeant, floreat. Proinde fausto nunc sidere Rectoris
munus latus felixque cape[ss]as, obeas, deponas. Maximum
in super Deum ex intimis cordis penetralibus sum semper
per precaturus, velit Vestrae Magnificentiae ex alto bene-
dicere, quo cedant singula in ipsius gloriam, Vestraeque
Magnificentiae post fata gloriosam memoriam, Acade-
mia nostra emolumentum & honorem; ita exoptat, qui
quoque summopere studeo dici.

Tuae Magnificentiae
Humilimus Cliens.

JOH. LILLANDER
Reg. Alum.

